Altera quoq; die presentat⁹. dijs sacrificare renuens. cultūq; eoz⁹ irridēs. iussit esse a cesare ad fanū qd̄daz adduci. carnesq; de sacrificijs in os illi⁹ ut māducaret vel inuit⁹ mitti. Qd̄ cū fieret. ille factō ecōtra signo crucis. corde sursum suspensio. et oculis in celū eleuatis orauit. Et statim om̄ia ydola lignea et lapidea. et vasa quibus sacrificia offerebant. sicut fumus euauerunt. Tūc factus gaudio repletus gr̄as egit. et tiranno de cultu deoz⁹ q̄ ante signū salutis euauerat insultare cepit. At ille ait. Agnosce benignē q; dij nostri tuā cupiunt facere voluntatē. si tu assensū p̄bere velis. magnū te in p̄spectu nostro videbis. Qui respondit. Stultū hēs cor. nec oculis vides q̄ta virtus christi sit. que ydola tua cōminuit. Tunc iniquus cesar iussit eū in carcerē recludi dicēs. Exhibete saxū magnū. et trāsforatū

in quo pedes eius supplebetis et in digitos manuum eius calentes subulas in longum asfigite. Per sex autem dies illi nullus nec aquam prebeat et includite cum eo canes ferocissimos esurietes et sitientes ut ab eis diripiatur. Qua iussione impleta cum includeretur sanctus monebat comites et tribunos ut crederent in ipsum. In carcere autem per sex dies orationi vacans angelum dei confortantem habuit. Canes quoque mitigati nec capillum capitis eius nec simbriam vestimenti eius perigerunt. Sed et angelus domini alimentum ei id est panem celestem praebeuit discussis subulis de manu eius et plumbo de pedibus. Sexta autem die apra custodia inuenerunt eum ita illesum penitus ut nec una plaga in corpore illius apparet. Quod audiens aurelianus iussit recte ferreo collum eius in ipso carcere contundi et lancea militis vitam eius crudeliter finire. Quo facto columba niuea de ipso carcere a christianis ascendisse visa est usque in nubibus et sic preciosa anima glorie ascendit in celos fuit ostensa. Tancusque odor suauitatis in eos effulsit ut estimaret se in paradisi odoribus collocari. Acta sunt haec circa factum benignum presbiterum. **KL. nouembriis.**

Passio sancti prisci et felicitis presbiteri cum socijs suis. Ex gestis eorum.

Proterea cum aurelianus senonis moraretur alexandrius senascallum suum ubique transmisit ut si quos christianos inueniret omnes ut sacrificare aut morti compelleret. Qui multa loca perstrans peruenit ad locum qui tociacum appellatur et ibi reperit factum presbiterum cum multis christianis psallentem. Quos ut christianos cognouit factum presbiterum per ceteros respondente decollari et in puteum precipitari precipit. Dumque ceteri similiter cederent unum eorum caput sancti prisci rapiens dum per siluam diffugeret a subsecuentibus non longe ab antiodoro decollatus ibidem cum capite sancti prisci est sepultus. Ceterorum vero martirum corpora christiani furtim tollentes in quadam cisterna sepelierunt. Latuit autem ibi caput sancti prisci per quatuordecim annis usque ad tempus sancti germani antiocheni episcopi. Cum enim deus ostendisset ei locum ubi illi sancti fuerant decollati ipse locum consecrans monachorum monasterium ibi construxit quod usque ad tempora valdorum durauit. Caput autem sancti prisci detulit ad alium locum qui differt quattuor ab urbe milibus. Vide licet ad castellum eiusdem sancti prisci nomine nuncupatum.

Actus. Sub aureliano quoque passus sancti felix presbiter et fortunatus et achilleus diaconus quos miserat hirene lugdunum episcopus et martir ad urbem valenciam seminario praedicationis imbuenda. Cum ergo maximam partem supradictae urbis ad fidem christi conuertissent a duce cornelio in carcerem trahi sunt. Deinde diutissime verberati crucibusque fractis circa rotas vertigine astricti fumum quoque in eculei suspensione pressi tandem gladio consummati sunt.

Passio sancti andochii cum socijs suis.

Sub eodem impatore passus est andochius cum socijs suis. Nam cum aurelianus senonis veniens christianos percipisset inquit ut aut ydolis immolarerent aut diuersis supplicijs interirent facti andochius et thirus ad locum intrepidus venientes cunctos praedicatione sua conabant ad dei salutem perducere. Quidam autem negotiator in loco qui sedelocum dicebatur residens felix nomine christianus fide cuius negotiatio quotidie erogabat in pauperes eos in suo suscepit hospitio. Ibi ergo fixis impatoris tentorijs quidam hostiarum caesaris nunci-

auit ei quod christiani in domo felicitis residerent. Quod audiens ille iussit eos adduci. Qui cum ducerentur felix uersus ad eos deprecabatur dicens. Ne patiamini me separari a gloria remuneracionis vestre sed orationibus adiutum precor me ad preciosa martirij vestri coronam ducite. Et facta oratione intrepide perges ligatis post tergum manibus ducti sunt in conspectu nequissimi caesaris. Tunc andochius et thirus et felix christum firmissime confitentes inuersis manibus suspendunt et saxis eorum pedibus ligatis sequenti die impatori incolumes presentant. accensoque igne in eum per ligati mittunt sed statim combustis uinculis et extincto igne imbribus illesum impatori assistunt et christum ibi amplius confitentes usque ad mortem colla uectibus ferunt. Quod audiens faustus cum simphoziano filio suo corpora eorum collegit et honorifice sepeliuit.

Passio sancti simphoziani et eius miracula. Ex gestis eius.

Sanctus simphozianus precibus patris sui fausti nobilissimi viri cum adhuc esset tricenarius a sancto benigno maritimo baptizatus et a sancto andochio de sacro fonte leuatus tanta ex tunc sanctitate pollebat quod seniorum vitam anticipans in celesti uersatione et diuinae legis studio permanebat. Cum ergo aurelianus impator a senonis diuionem periret consularem eraclium augustudunum direxit ut sicut ubique faciebatur ita et ibi omnes christianos aut sacrificare aut morti compelleret cum ergo tunc pagani festum ueneris miramania celebrarent et statuam eius in curru coram eraclio deportarent simphozianus affuit et nolens cum adorare diu cedere et carceri mancipari. Et cum eductus de carcere eraclio diebus singulis offerret et ad sacrificandum nullatenus moueret dixit. Si periculosum est non quotidie ad perfectum anime aliquid addere quanto periculosius est a salute discedere. Vita quam christo reddidit sumus ex debito. solutamque ei ex voto. Sera penitudo est sed iudicis timuisse spectu. Munera uestra fucati mellis permixta dulcedine male credulis mentibus uenena perueniunt cupidas uestra omnia habendo nil possidet quod dyabolicis artibus obligata miseri lucri conpedit detinetur et gaudia temporum uestrorum in similitudine uicti cum ceperint splendore frangunt. Tunc iudex ira succensus data sententia ministro iussit ut simphozianum decem et principes blasphemiam occideret sicque deorum et legum iniuriam vindicaret cum ergo duceret ad locum et uenerabilis mater sua eum de muro hortaret ne timeret mox gladio decollaretur a christianis sblatus et alibi est sepultus. Vbi tanta miracula uidebant fieri ut etiam paganis mirantibus in honore maximo haberet. Testatur autem gregorius thuronensis quod de loco ubi sanguis eius effusus est quod dam christianus tres lapillos cum ipso sanguine leuauit et in capsula argentea inclusos in ecclesia lignis tabulis structa apud ligernum castellum aruernie in altario collocauit. Tempore autem quo theodoricus rex francozum illam regionem euerit hoc castrum incendio concremauit cumque flamma ecclesiam illam penitus consumpsisset et populum altaris incendio reliquias sancti simphoziani plageret consumptis flammis et dispersis cineribus capsula illa argentea de loco illesa attollitur et mirantibus cunctis nichil diminutum de sacris pignoribus reperitur.

De sancto mammete puero. A tempestate erat in caesaria capadociae puer. vii. annorum matrem nomine quod mortuus

parentibus cum iuste & pie viueret aureliani de-
cretum de cultu ydolorum abhorrens in monte cuius
silua densissima erat secessit. Ibiq; viuebat oratis
oni & lectioni vacans et de lacte tamen gregis sui se
pascens. Audita autem uoce de celo ut in campum
descenderet descendit. ibiq; uirga & euangelium in-
uenit. Quibus sumptis in monte ascendit. Legente
autem eo librum quem inuenerat in campo conuenerunt il-
lic diuersa ferarum genera que prostrate eum adora-
bant. & post flexa genua sursum ad eum respiciebant.
Tandem egressis feris masculinis remanebant ibi fe-
mine cum gregibus mansuetis uerbis lacte plenis.
Quas uir factus cum grege suo mulgens & coagu-
lans. & caseos faciens. cum sibi abundare uideret. quod
rens a domino quid de fructu sibi dato faceret. respon-
sum accepit. ut ad portum cesaree descenderet & pau-
peribus distribueret. Hoc uidentes quidam presidi alex-
andro nunciauerunt quod ibi magus esset qui omnes fe-
ras siluarum maleficaret. Tunc iudex eques duos mi-
sit ad eum. Quibus ille obuius in habitaculum suum eos
duxit. eisq; caseum & aquam apposuit. Quibus mandu-
cantibus facta est congregatio animalium. sedente eo &
legente euangelium. Quod uidentes illi fugerunt ad
eum. confortati autem a uiro facto ne timerent presidi-
um quod uisa presidi retulerunt. **C. CXVII.**

De agone eius & passione.

Puer autem factus eos sponte secutus coram
preside magnum se esse negans. & christianum pro-
fitens. cum ydolorum cultum omnino respue-
ret. iussus est ab eo suspendi & torqueri. cumq; gra-
tias agens in celum intenderet. audita est uox de ce-
lo ad eum. confortare matrem & uirilem agere. Tunc
preses iussit eum deponi & in carcerem recludi. ubi
plurimum. xl. homines inclusos inuenit. Quibus apud eum
querentibus quod fame morerentur. columba celitus mis-
sa portans lac & mel per fenestram intrauit. accipiensq;
matrem simul cum eis manducauit. et saturati sunt. me-
diaq; nocte aptum est ostium carceris. & exierunt.
Post hoc matrem presidi presentat. in caminum ignis
mitis iussus est. sed eo munito signo crucis intrante
flama statim est extincta. Iussit iteque preses ignem ac-
cendi. sed columba descendit & ignem dispersit. Ape-
rientes autem milites caminum. uiderunt cum eo stantem
quasi miliciam et multitudinem angelorum. Qui uocatus
& egressus. iussus est in amphiteatro bestiarum seuissi-
mis exponi. scilicet. uerse. & parde. & leoni. At uersa eum
adorauit. parda collum eius est amplexa. leo pedes
eius lambuit. Vex anteque dimitteret leo ministris pro-
timore moram facientibus. alius leo diuinitus e monte
descendit. & per ciuitatem rugiens nullum lesit. sed fe-
stinans ad amphiteatrum intrauit. et respiciens factum
martirem dixit. O natura hominis spiritus sancto coop-
ta. ecce tui causa cogor ab angelis contra naturam loqui.
Hec eo dicente. amphiteatri ostia clausa sunt ab an-
gelis. ut nullus exinde posset exire. Et ascendens leo
multitudinem paganorum & iudeorum lanauit. solusq;
preses illesus cum officio suo remansit. iubente. scilicet. san-
cto ne eum lederet. Tandem factus martyr lapida-
tus. cum iam lapidibus esset cooptus. et tunc etiam ma-
neret illesus. ab angelo de celo uocatus emisit spi-
ritum. Huius natale celebratur. xvij. kalendas septembris.

C. CXVIII.

Passio sancti pu-

eri agapiti. C. Ex gestis eius.

Passus est tunc rome factus puer agapi-
tus sub preside antiocho. qui primo quidem iussit
eum per quattuor dies absque cibo uel potu
in carcere recludi. Deinde prunas ardentes super

caput eius imponi. et post hoc sumum teterrimum fie-
ri. ipsumq; martirem nudum capite deorsum suspendi.
sicq; dimitti solum. donec corpus eius nunciaretur a fe-
ris & uerbis deuoratum. Attalus autem cornicularius
qui eius presidi in carcere suaserat ut a stulticia sua re-
cederet. ne in tormentis deficiens. florem iuuentutis
amitteret. post quattuor dies iuit ubi suspensus
fuerat. cupiens dicere presidi si adhuc uiueret. et
inuenit eum super fumum in veste cadida deambulā-
tem & psallentem. Non moriar sed uiam regni. Angelus
uero domini eum soluerat. et omnino a plagis suis sana-
uerat. Ad hoc attalus stupens nunciavit presidi di-
cens. credo quod magnum est deus christianorum. Nec est
alius preter eum. cui eum preses diceret eum seductum.
sequitur hoc nunciaturus impatoribus. respondit se liben-
tissime cum agapito sibi penam martiris. Preses ac-
tue agapitum precepit expoliari. et aquam bullien-
tem in ventrem eius mitti. sed illo magis eam frigidam
sentiente. & uerba fidei coram preside proponente ip-
sumq; arguente preses de tribunali cecidit & mi-
litibus ait. currite sibi uenite michi totus enim ardeo.
& quod iniuste feci de puero magno & eterni dei aga-
pito iuste recipio. cumq; hoc dixisset impius expira-
uit. Quod audiens aurelianus iussit eum exponi leonibus.
Ministri ergo ducentes eum in urbem prenestinam. in am-
phiteatro leonibus proiecerunt. Qui mox deposita fe-
ritate prostrati pedes eius limxerunt. Tunc populo cir-
cumsistente & deum glorificante. ministri eum rapuerunt.
& non longe ab urbe ductum gladio percusserunt. xv.
kalendas septembris. **C. CXIX.**

De ceteris

sub aureliano passis. C. Actus.

Peter hos autem passus sunt & plures alij sub
aureliano. De quibus ita legitur in martiri-
ologio. m. idus aprilis. rome natale pluri-
morum martirum. quos factus alexander papa bap-
tizaui cum in carcere teneret. Hos omnes aurelianus
princeps. nauis uetusta impositos in altum mare de-
duci. et illic ligatis ad colla pedibus mergi fecit.
Hec tamen magis referenda uidentur non ad hunc aurelia-
num impatorem. sed ad aurelianum consularem. sub quo
& ipse alexander papa martirizatus est. Itē. m. kalendas iu-
nij apud yconium ciuitate isaurie sub aureliano impa-
tore passio sancti cauonis martiris et filij eius. Qui
primus ignito ferro suppositis. deinde craticula sup-
positis prunis. et oleo superinfuso. ostentat supaue-
runt. Postea uero tam fixo uigiliis quam suspensionis in eculeo
ac ignis penas passus. malleo ad extremam ligneo ma-
nibus eorum uerticis. in laudem omnipotētis dei spiritum
emiserunt. Itē. kalendas iunij augustuduno sanctorum re-
ueriani episcopi. et pauli presbiteri cum alijs. x. qui
sub aureliano principe martirio coronati sunt. Itē. v. nonas iulij
ciuitate dulina sanctorum martirum hi-
renij dyaconij. et muscole nobilissime matrone. qui
passi sunt sub aureliano principe. Itē. pridie nonas au-
gusti rome uia lacina. passio sancti terculiani ma-
tiris. qui sub aureliano impatore. post impiam fu-
stum macerationem. et ignium circa latera adustio-
nem. ac oris squassationem. et eculei extensionem. per
uorumq; cessionem. data scissa capitis amputatione mar-
tirium consummauit. Itē. vij. idus decembris rome na-
tale beati euticiani pape. qui rex ecclesiam anno
vno. et sub aureliano martirio coronatus. sepultus
est in cimiterio calixti. Qui et ipse per diuersa loca
ccc. et. xlij. martires sepeliuit. Item. n. kalendas rome
uia apia passio sancti quirini tribuni. et marti-
ris. qui sub aureliano impatore post lingue abscis-
sionem. et eculei suspensionem. manuum ac pedum

de truncatione. agone martini gladio summauit
 Itē kl. aplis rome passio theodore beatissime so-
 rozis illustrissimi martiris hermetis. Hec s̄ aure-
 liano p̄ncipe martirizata. sepulta est iuxta fratres
 suum via salaria nō lōge ab vrbe roma. Hoc quo-
 qz magis intelligendū videet de aureliano p̄sulari.
 Nā & beat⁹ hermes frater hui⁹ theodore p̄ beati
 alexandrum ouersus. qui passus est. v. kl. septēbr̄.
 Itē quarto id⁹ iunij rome via aurelia. natale san-
 ctorum basilidis. tripodis. & madalis. s̄ aureliāo
 impatore. p̄sioe platone. & alioz. xx. marciz

CXX. De impio tacito flozia
 ni p̄bi. kari. karimi. numeriani. **C.** Eusebius i cro-

Doro aurelian⁹ cū aduersū nos p̄secuti-
 onem mouissz. fulmē iuxta eū comitesqz
 ei⁹ ruit. ac nō multo post inē ostantimo
 polim & eracleā in cano floreo vie veteris occis⁹
 est. Post quē romanoz. xxx. regnauit tacit⁹ mē-
 sibus sex. Quo apud pontū occiso. obtinuit flozi-
 anus impium dieb⁹. lxxix. Hoc quoqz apud thaz-
 sum interfecto. romanoz. xxxi. regnauit prob⁹
 annis sex. & mensib⁹ quattuor. Cepit autē āno dñi
 cc. lxxix. mundi v̄o quartimillesimo. cc. xliij.

Hugo vbi supra. hac tēpestate fuit quidā manes
 genere p̄fes. acer ingenio. vita v̄o vel morib⁹ bar-
 barus. q̄ scdm̄ nomē suū insanies se paliticū nomi-
 nabat. Ab hoc diffusa est heresis manicheoz p̄ or-
 bem vniuersū. hic asserbat duo esse p̄ncipia. vnū
 boni. & alter⁹ mali. vnū lucis. & alter⁹ tenebrarū.
 cū om̄is creatura bona sit p̄ naturā. sed dñi fuerit
 viciata fit mala. Porro p̄bus impator apd̄ firmiū
 militari tumultu necat⁹ est. Car⁹ igit̄ narbonēsis
 āno ab incarnatōe dñi. cc. lxxv. s̄ ab initio mūdi
 quartimillesimo. cc. xlix. impauit ānis duob⁹. hic
 cū filios suos karimū & numerianū p̄ortes regni
 fecisset. ad bellū parthicū p̄fect⁹. in castris fulmi-
 ne ictus interiit.

CXXI. Passio sancti mauri monachi & quorundā alioz
 Ex gestis eorum.

Svb numeriano impatore. et celerino vr-
 bis rome p̄fecto. passus est factus mau-
 rus. cui⁹ passio reoliē. xi. kl. septembri⁹
 Nā cum in affrica esset iste vir a penitib⁹ xp̄ianis
 multā s̄bam habens. oratōibus & elemosinis iugit̄
 insistēs. nutu dei inspirat⁹. monasteriū ingress⁹. sic
 a fratrib⁹ amabat⁹. vt om̄s eū q̄si patrē venerarēt
 Cūqz. xvij. annū agens. monachi vitā cōpleisset
 romā venit vt facti petri corp⁹ visitaret. Vbi au-
 diens vocē rabiā celerini p̄fecti xp̄ianos p̄sequē-
 tis. de vrbe se subtraxit. et in quadā spelunca la-
 tuit. Cūqz illic trib⁹ mensib⁹ moraret⁹. media no-
 cte post orationē sopozat⁹ est. & vidit vix splēdi-
 dissimum virgā ferentē q̄si aureā in manu sua dicē-
 tem sibi. Surge maure qz nō te despexit de⁹ quē
 diligis toto cordē. et vrbe sine mora ingredē. Qd̄
 cū fecissz. & christian⁹ pegrin⁹ eē dep̄hens⁹ fuissz.
 ad celerinū p̄fectum duct⁹ est. A quo interroga-
 tus cū sacrificare nollz. sed ydola vana & fragilia
 diceret. irat⁹ ille vehement̄ iussit eū i eculeo suspē-
 di. & vngulis radi. lateribus quoqz ei⁹ lampades
 ardentes applicari. & tandē capitalē subire sn̄iam

CXXII. De passione eorum sancto-
 rum.

Actor. Sub eodē quoqz passi sunt & plēs alij
 de quib⁹ sic in martirio legiē. v. kl. marcij apd̄
 egiptum natale sancti victorini. victoris. nichofo-
 ri. claudiani. dioscozi. serapionis. et papie sub nu-
 meriano impatore. Quoz p̄mus secund⁹ & terci-
 us p̄ p̄fessioe deitatis p̄stanter exq̄sita supplicioz

genera tolerātes. reliq̄ quattuor claudian⁹ & dio-
 scozus flamis incensi. serapion & papias gladio ce-
 si sunt. Om̄s itaqz celebze martiriū dedicauerunt
 Sub eodē passus legiē factus babill⁹ ep̄s apud an-
 tiochiā cū tribus pueris. ix. kl. februarij. s̄ de hoc
 videet esse p̄rouerbia inē historias. Nā i gestis ei⁹
 vt dictū est legiē iste vocat⁹ babill⁹. & passus fu-
 isse sub numeriano cū trib⁹ pueris. In martirio:
 gio autē legiē babillas appellat⁹ & cū trib⁹ puulis
 sub decio fuisse passus. hieronim⁹ quoqz i libro d̄
 illustrib⁹ viris dicit babillā antiochenū ep̄m s̄ de
 cio fuisse passū. Vtz ergo babillas ille sit iste ba-
 billus scriptozes viderit. Nos autē q̄ de facti ba-
 billi passione legimus s̄ breuiter subiecim⁹.

CXXIII. De factio babillo cū
 tribus pueris. **C.** Ex gestis eius.

Igit̄ numerianus cū apud antiochiā im-
 molasset demonijs. & voluisset ingredi
 ecclēsiā domini. p̄hibuit eū babill⁹ ep̄us
 obuias manus opponēs ei. Altera v̄o die sedens
 numerianus in confisio p̄cepit ep̄m sibi offerri
 Cui⁹ & ait. Quid michi hoc fecist⁹. Nescis qz rex ē
 qui tibi loquebat⁹. Respondit ep̄s. Me suum suū
 humilem placuit deo vt ostitueret pastorē plebis
 sue. Ideo cū vidi te lupū veniētem ad oues ei⁹. ti-
 mens ne aliquā p̄erē p̄hibui te ab ingressu ouil.
 Ad quē numerian⁹. Ergo tibi lup⁹ vis⁹ sū & nō
 rex. Respondit ep̄s. Scdm̄ indulgentiā dei rex es
 p̄pter peccata nostra. vt vel sic reuerberati reuer-
 tamur ad ipsū. At ille. Quis est de⁹ quē colis. Re-
 spōdit ep̄s. Virt⁹ & sapiētia & verbū patris. Ad
 hec numerianus. Quid ergo est homo. Respōdit
 ep̄s. Constātia vite. fructio eoz q̄ facta sūt a dño
 Tunc iussit numerian⁹ vt imponerēt collo ei⁹ tor-
 quens ferrea. et cōpedib⁹ pedes ei⁹ stringerētur
 Et ait. Per deos decet te torques talis. Et dicit
 sanct⁹. Tu quidē irridēs dicis. sed p̄ filiū dei pl⁹
 me decent ista q̄ te diadema. Vis autē scire q̄ ma-
 gna est doctrina nostra. habeo sub me tres puu-
 los. quos p̄stare dei gratia erudiui. Iube illos ad
 te adduci. et videbis sapiētiā eoz & cōstantiā q̄
 est in deo. Et adducti sunt puuli. Ep̄s autē iussus
 est foris teneri. Interrogauit ergo rex infantes si
 uatrem haberent. responderunt. Ita. sed supra ma-
 trem habem⁹ eū q̄ nos docuit dñm & magistz &
 patrem. Tūc iussa est adesse mater eoz. Que cum
 intrasset. interrogauit eā rex. Qd̄ tibi nomen est.
 Ait. Theodola. Sunt isti filij tui. Sunt. Ego quidē
 eos genui. sed deo obtuli p̄ pastorē bonuz & dñm
 meum babillum ep̄m qui erudiuit eos in doctrina
 dei. Tunc eā iussit rex exalapari. Qd̄ videntes pu-
 eri vno ore clamauerunt. Tirāne noli cedere ma-
 trem nostram sine causa. honesta em̄ mulier est. &
 vera dixit. Irat⁹ rex iussit eos leuari i cathomo &
 priorī dari plagas xij. secundo. ix. vij. Tūc pu-
 eri leuātes vocem dixerunt. Benedict⁹ es dñe de-
 us qm̄ scdm̄ magisteriū patris nostri babilli p̄pter
 christuz hec patimur. Et exclamauit theodola. Ma-
 gnus es domine de⁹ qm̄ filij mei singuli secunduz
 numez annozum suozum celi sunt. **CXXIII.**

CXXIII. De passione eorum sancto-
 rum.

Quā iussa est mater foris stare. et intro-
 duct⁹ est sanct⁹ ep̄s. Cui⁹ ait rex. Magi-
 ster insipientium. & eruditoz puulozum
 inuenta est falsa p̄missio tua. Nā pueri michi p̄si
 sunt & osenserunt sacrificare. Ad hec babill⁹. Re-
 cte mentit⁹ es in caput tuum non consenserunt.

Magister quidem sum sapienſiū & infantiū. ſz nō inſipientiū qđ eſtis vos. Ego minas tuas nō timeo. patus ſum om̄ia ſuſtinere p̄ xp̄o. Nā anime iuſtorum & ofeſſoz in manu dei ſunt. & nō tāget illos malum. Tunc rex iuravit dicens. Per aſclepiū male te p̄dam. At illi babillū. Dignus es deriſu. Nā ſi ceteri dii tui audierint qđ ſolum aſclepiū nominaſti irascent. Respondit rex. Et ſi audierit chriſtus tuus qđ eum ſolū deum nominaſti. quid faciet. At Quāuis indignus ſis audire. tñ p̄pter circūſtantes dicā. Quādo chriſtiani filiū noſtant. ofitent & patrem & ecōuerſo. Quia patrē in filio. et filiū i patre. et ſpiritū ſanctū in utroq; eſt. Tūc iuſſit rex babillū cum infantiū ſuſpendi. Et cū fuiſſent ſuſpenſi. dixit ſāctus. Ecce ego & pueri quos michi dedit deus. Pondus autē torquis ferree q̄ erat in collo ei? caput ei? dep̄mebat. Et iuſſit eū rex ampli? vexari. Turba vō circūſtans quaſi miſerās eū dicebat. cōſule etati tue & ſacrificā ut careas tormentis. Tunc ſāctus ait. Nō tā lugeo inſenſatum regem iſtū. q̄tum vos q̄ ei ofentis. Ego tormentorum nichil ſentio. Patit̄ em̄ in me chriſtus. Infantes autē ſuſpēſi clamabāt dicētes. Tirāne crudeliſſime quare bonū paſtorē tā crudeliter & ſine cauſa torques. Sed hoc faciēs maiorē apud deum & apud hoīes laudē inferis ei. Sed p̄ ſalutē ei? qđ xp̄s eſt nō effugies manū dei. ſed gehēne igni traderis. Tunc iuſſi ſūt pueri ampli? torqueri. Et clamabant. Miſerrime nō erubeſcis qđ oim̄ceris a pual corā populo iſto. Tu magis cruciaris q̄ nos. Nō ſentimus tormenta. qđ de? adiuuat. Tūc iuſſus eſt ep̄s deponi & abſcondi ut ſingularit̄ eos interroget. Et cū infantiū multa p̄mitteret. cōtempſerunt eum et munera ei?. Tunc introductus eſt ep̄s & dixit ad eū rex. Hij filij tui ſūt. reſpōdit ſāctus. Voti mei eſt. ut mei in om̄ibus ſimiles ſint excep̄tis peccatis meis. Tunc iuſſi ſūt om̄s & ep̄s & puuli p̄ter decollari. rogauit autē ep̄s p̄cuſſoz ut infātes an̄ ſe decollaret. Et amplexās eos tenēs qz eos leua & dext̄a dixit. Ecce ego & infātes quos dedit michi deus. Infātes vō ſtringētes caput ei? & manus ofculātes dicebāt. Domine pater & magiſter noſter p̄ter ofumemur. Tūc letatus babillū in fide & magnanimitate eoz q̄ erat a ſp̄ſancto dixit. Benedictus es dñe qui vere ex ore infantiū & lactentiū p̄fecisti laudem. Et ofculatus ſingulos tradidit eos q̄ſtionarijs ut in ei? p̄ſentia p̄cuteretur. Quib? p̄cuſſis ſemetipſū tradidit. Et ablatū eſt caput ei? & poſitū cū infantiū. **CXXIII.**

CXXIII. De ſancto criſtiano & ei? temptacione.

CXXIII. Ex geſtis ei?.

Dolemius quoq; vir illuſtriſſim? alexandrie vr̄bis p̄mus. romā cuz filio ſuo veniens. a ſenatu ſuſceptus. & a numerio impatore illuſtrat? cathedrā i curia ſuſcepit. cui? fili? criſtianus p̄hoz ſtudijs tradit? cū vniuerſa libroz volumina curioſi? diſcūteret. & ad euāgelicos apices veniēs. ibiq; curioſitatis ſue curſū figens ad ſemetipſū ait. Tādiu te decuit p̄ libroz tenebras tuaz curaz frena laxare. qđ diu ad lumen veritatis p̄tingeres. Nō eſt prudentie ut ad tenebras redeā de lumine. Hoc ſecū reuoluēt. & quod die chriſti famulos p̄quirēt. dictū eſt ei carpoſorum quendā chriſtianiū ſāctum & p̄ om̄ia eruditum virum. p̄ p̄ſecutione ſeuicte in quodā mōtis ſpeleo collocatū. vix poſſe a pauciſſimis & fidelisſimis viſitari. Ille referētis genib? aduoluit. et iaz

cū lacrimis poſtulabat ut ad ei? noticiā mereret puenire. Sicq; pueniēs ad ſanctū carpoſoz quim te regionis p̄ſbitez. intra paucos meſes om̄ibus literis diuinis imbuit. et ita diligenter inſtructus eſt. ut poſt. vij. dies baptiſmatis ſui xp̄m dei filium publice p̄dicaret. Quo audito pater ei? iratus fecit eū in loco tenebroſo & ſqualido claudī. ac veſperinis horis aridiſſimo cibo refici. At ille magis hoc ad excitacionē ſibi qđ ad ſupplicium dicebat iſerri. Vn? autē ex audientib? dixit patri ei?. Si filium tuum ab hac uſurpacione conariſ cripe. magis eū debes voluptatib? occupare. Nā hm̄i tenebras et afflictiones chriſtiani ad gloriā ſibi eſtimāt euenire. Tūc ille filiū de illa tētra habitacōe auferēs veſtib? p̄cioſis induit. & ponēs eū in triclinio ſericis veſtib? ſtrato. quinq; pulcherrimas virgines accuratiſſime ornatas cū eo oftituit. atq; quotidiana ei? diuina affluentiſſimis dapibus exhibēt p̄cepit. Puellis autē minatus eſt dicens. Niſi cum iocis & amplexibus veſtris ab intentōe chriſtiani tatis ſepaueritis. diuerſis faciā vos iterire ſupplicijs. Igit̄ inter hec ludibria vir dei immobil? p̄durabat. et delicias q̄ſi ſtercora p̄temens. puellas q̄ ſi vyperas exhorrebat. Iacebat autē in oratōne immobilis. et amplexus eaz. & ofcula quaſi ſagittaz iſtus ſcuto fidei excipiēs clamabat. Exurge dñe in adiutorium michi. dic anime mee ſalus tua ego ſum. cum autē longā oratōem cōpleſſet. tam graui ſomno correpte ſunt virgines. ut niſi de triclinio foras eiecte fuiſſent penitus excitari nō poſſent. Euigilabāt ergo foris & capiebāt cibum. Statim autē ut ingreſſe fuiſſent ubi orabat ſāctus ſopore artabanē. Dixerunt autē patri quidā ex amicis ei?. Hic artem diuiciū magicā a chriſtianijs. & aduerſ? puellis ſimpliciſſimas facile p̄ualcet incantādo. S; ſi eruditā aliquā ad eū miſeris. poterit eū ad tuū arbitriū inclinare. **CXXV.**

CXXV. Qualiter daria de numimib? diſputādo cōuertit.

Tunc vgo veſtalis nomine daria gemijs et auro radiās. repente ad criſtantum ingredit̄. et rāta eū ſemonis elegātia alloquitur. ut ſi eſſet ferro durior. plumbo mollior redderet. Sed ille mediū inter ſe et illā ſp̄m ſanctū poſtulās ſic eā affat. Si michi mortali tantā pulchritudinem ac ſemonis melliflui dulcedinē ſpe cōnubij temporalis oſtendis. alijs iā amorib? occupato qđo magis amātem te et deſiderātem immortalē igis filium obtinere poteris. ſi aiām tuā in corpis integritate cuſtodiēris. Et ſicut corpe pulcra eſt. ita et mente pulcior ſiues. Erūtq; tibi laudatores angeli. panimphi apoſtoli. martires amici. chriſtus ſponſus. qui thalamū tibi in celo cuſtodies. dotez tibi ſempiternā tribuet poſſeſſiones paradisi. Ad h? daria cōpuncta reſpondit. Nulla mecū o iuuenis cum hijs veſtib? petulātis animi ad te ſigna pduxi. ſed patris tui lacrimas miſerata cupio te patri tuo reddere. et deoz culture reuocāe q̄ nobis eoſ facit eſſe cuſtodes. Criſtianus ait. Quō poſſunt nobis eſſe cuſtodes. qui niſi cuſtoditi fuerint a canibus. nocte a furib? rapiunt. Daria reſpondit. Si vulgus ignobile poſſz abſq; hijs imaginib? deoz culturam celebrare. nulla eſſet neceſſitas ſimilitudinibus exhibende. Et criſtianus. Inquiramus ergo quoz ſunt ipſe ymagines. et videamus ſi hijs merito honorem deoz exhibere debeamus. De? autē nō poſſet eſtimari. nec credi. niſi qui om̄ez ſanctitatem om̄emq; ſup̄gredit̄ maiestatem. Que ergo

bona saturnus falcer habuit. qui proprios filios quotiens nascebant occidit. ut non dicam comedit si cut scriptores ei? scribunt. Que bona in ioue fuisse estimas. qui quot dies vixit. tot inaudita incesta. tot homicidia perpetravit. qui omni castitati usque ad mortem inimice? extitit. ut etiam ganimede? libidine polluerit. et terra? suis sordibus inquinavit. Hec & alia multa eo persequente credidit daria. & quasi simulata voluntate in se & crisantum habuit consiliu. ut nomen diugij assumeret. ita ut ambo in dei timore & castitatis gloria perdurarent. Ita baptizata daria sacro crisanto non corporeo calore est iuncta. sed spiritus sancti feruore sociata.

C. CXXVI.

Qualiter accusat? est & punit?

Quoniam p eum multe virgines relicto spon saliu amore xpo se traderet. et iuvenes relicto carnali comercio se castimonie manciparet. excitata est in vrbe seditio sub celerio prefecto iuuenibus? publica interpellatione clamantibus? sponfas nostras per daria amittimus? maritos per crisantum amittimus? et iam filios non habemus? Tradidit ergo crisantus tribuno claudio. qui tradidit eum. lxx militibus? ut duceres extra ciuitatem ad sacrificanduz herculi. diuisis eum penis compelleret. Qui crudis eum neruis astrinxerunt. ut illis sensim siccantibus? ad ossa ei? vis ligamenti peringeret. sed statim oia resoluta sunt. ita ut non occurreret oculi videre celeritatem resolutionis eorum. At illi quasi luctantes extra ligaturas. diuiso modo diuisis eum stringebant nodis. Sed mox ut manus ligantes cessasset a vinculo. quid quid ligauerat soluebat. Tunc irati mittunt eum in cippu nouu & nodosissimu. Et cum stantes insultarent ei. ita putrefactu est lignu cippi. ut in cinere? puereretur. Deinde pfuderunt eum locio humano dicentes. Modo amittes maleficia tua. Statim vero aqua putridissima in nectareu odore? ita puerfa est. ut putares eum non vrina sed balsamo pfusum. Item excoziantes vitulu. eodem corio receti cinxerunt crisantum nudum & posuerunt ad sole. ac per tota dies in esu solis flagrantissimo. nulla potuit coriu calefactione siccari. sed in eadem viriditate perdurans in nullo potuit violare famulu dei. Tandem posuerunt in collo ei? carbenas ferreas. simulque manus ei? & pedes stringentes. clauerunt eum in obscurissimo loco. statimque manu ei? soluta sunt vincula. & tata insulit in loco lux ut putaretur illuc esse lapades multe fulgentes.

C. CXXVII.

De persione claudij. tribuni & hilarie.

Nunciauerunt autem hec milites tribuno. qui veniens ad locu. vidensque lumem immensum iussit eum ad se egredi. Dixitque ei. Que causa malicioz tuoz vis est. ut ista proficias? Qui respondit. Si esset in te vel scintilla prudentie. cognosceres me non malicioz argumentis. sed diuinis ad iuuari admniculis. deosque tuos istos aduerteres voces ad se clamantium audire non posse. Nichilque intus preter argilla & plumbu habere. Tunc tribunus iussit eum fustibus? cedi. statim vero ut allate sunt virge durissime. ceperunt in manibus? cedentiu quasi pluma mollescere. Cuique tenerent quasi ferree esset. ita non dose erat & solide. Cum vero percuteretur quasi ex papiro esset. ita mollissime fodebant & leues. Tunc tribunus iussit eum erigi. ac vestimentis suis indui. et conuersus ad milites suos ait. Hec humane arte pernitus non sunt. ubi diuinaz virtutu potestas apparuit. Quid superest nisi ut omnis hominis hui? genibus? aduoluti. veniam sceleris postulantes. rogemus? ut

nos quoque talem deum faciat colere. qui cultores suos in omni pugna faciat vincetes. Cuique ita fecisset. audito ab eo verbo domini baptizati sunt. Eodem die claudi? & hilaria vxor ei? & amici & lxx milites cum suis per singulos dies ab ipso eruditore? veritatis audientes. cum omni reuerentia optabant per dei nomine etiam adusa perferre. Hoc cum audisset impator numerianus. iussit claudiu tribunu ingenti saxo strictu in medio mari precipitari. Ceteris vero tanta gratiam domini? concessit. ut primus iason. & mauri? filij claudij etiam non interrogati christum se colere dicerent. & per nominis ei? confessione morte optaret. Quos imitantes omnes unanimiter in una hora decollati sunt. & a christiani nocte sepulti in via salaria. Sancta vero hilaria duorum filioz suoz colligens corpora in singulis sarcophagis collocavit. Et cum assidue circa sanctorum confessione oraret deum. tanta est. Cuique traheret ait. Obsecro permittite me prius oratione mea complere. et veniam quocumque loco volueritis. Igitur dum fixisset gradu. accepit sacramentuz domini. & cum rogasset dominum ut eam filijs suis associaret. orans emisit spiritum. & a duabus? ancillis suis sepulta est.

C. CXXVIII.

De expositione dariae in lupanari.

Nterea sanctus crisantus? ponit in carcere culliano unde putor horribilis ascendeat. quod cloacaz cum niculis digesta domoz stercoza illuc decurrebant. eratque ima & lutosa & tenebrosa custodia. ut penitus ibi luciflu? aer. nec vestigiū aliqđ lucis ostenderet. Illic ergo crisantus? ferro vincit? mittitur nudus. daria vero in publico ponit? sub gubernio meretricum. At vero & crisanto lux diuina & odoramenta sancta prestant. & daria leo fugiens de cauea amphiteatri dirigit. Qui ingressus cellam in qua daria prostrata in oratione iacebat. prostravit se iuxta eam. ut videretur etiam ipse illum adorare. qui presentiam suam deprecanti virgini exhibebat. Nescientes itaque leone intus esse. miserunt ad eam quedam virgines turpissimu in scelere corruptionum oppinatissimuz. Qui ut ingressus est insulit in eum leo & prosternens eum sub pedibus? suis. cepit ad faciem? virginis respicere quasi interrogans quod iuberet. Quod illa intelligens ait. Adiuro te per filium dei per quo martirij passiones libenter amplector. ne illum in aliquo ledas. Sed per mitte euz sermonem meum absque terrore suscipe. Tunc leo relinquens eum posuit se in ipso introitu. ut nec ille fugerz. nec alii intrare possz. Tunc virgo dixit ad illum. Ecce ferocitas leonis audito nomine christi dat reuerentiaz deo. & tu homo in tantis criminibus exereris. ut etiam in hoc in quo miser lugendus es glorieris. Tunc ille prosternens se ante eam clamavit. Iube me hinc egredi sanum. ut & ego clamem omnibus christum quem colis solum esse verum deum. Tunc illa leoni iussit ut amouerz se ab ingressu. Ille autem egressus per totam ciuitatem clamabat. Sciatis omnes dariaz deam esse. Igitur cum diuisi venatores & populi ad leone capiendum pergeret. hanc leoni de? virtute concessit. ut omnes caperet & sine lesione ante pedes sancte dariae ponerz. Quos illa sic allocuta est. Si per mittitis vos christo credituros sic poteritis abscedere. Tunc omnes una voce clamabant. Qui non credit christum verum deum esse. viuis hinc non exeat. Et hoc dicentes cepunt omnes egredi clamantes. Credi te populi romani non esse alterum deum propter christu. Tunc celestem? prefectus iussit ignem copiosum accendi in ingressu cellule in qua erat daria cum leone. Quod leo cum fieri viderz cepit expauesce? & rugitum dare. Cui beata daria dixit. Noli timere. quia non

incenderis. nec capieris. nec interficiaris. s; fecerit egredere & vade. qz que in me honorasti ipse liberet te. Tunc inclinato capite egrediens p medias turbas populoz nemine lesit. nec vllus eu capere potuit. Hij aut qui ex ore ei? incolumes euaserunt omis baptizati sunt. **CXXXIX.**

De passione ambozum.

Nunciata sunt hec omnia numeriano impatore. et iussit crisantum & daria diuersis puniri tormētis si nō osensissent sacrificijs. Cuiusq; crisantum imponere eculeo. oia ligna eculei cōmūta sūt & vincula disrupta. lampades quoq; q; laterib; ei? applicade erāt extincte sunt. Tunc idē impator nō virtutib; diuis s; maleficijs hoc impurans. iussit eos i via salaria duci. atq; in arenario simul ambos deponi. ac viuos lapidibus obrui. Itaq; psalmis & oratōib; insistentes i vnā foueā quasi in xnu lectueulū deponunt. Et facta est in passione societas s;guinis sicut fuerat mētis. Cum aut multa beneficia de? venientib; ad eozū sepulcra p̄staret. accidit vt die natalis eoz; infimta multitudo populi occurreret. viri. mulieres. & infātes. Qd cū numeriano nunciatū fuisset. iussit vt in introitu ipso quo cripta ingressi fuerāt paries leuaret. Qd cū factū esset. desup ad sabulonē sup eos montez deiecit. Omisq; piter dū cōmunionis sacramēta p̄ceperēt & martiz gloriā celebra rent. ipsi quoq; ad martini gloriā puenerūt. In quos erat diodor; p̄biter. & marian; dyacon; et plurimi clericoz. Hec omia nos verim; & orim; fratres. & vrbis rome p̄biteri. a s̄cto papa stephano ordinati. put gesta sūt scripsim;. **Eusebius in cronicis.** Porro numerian; cū ob dolorem lecticula veheret. insidijs arrij foci sui interimē. vix autem fetore cadaueris compto. carin; quoq; plio victus apud margū occidit.

Continentia. xij. libri.

Erciusdecim; liber cōtinet historiam tm̄. xx. annoz. quib; dioclecianus & maximian; impauerūt. et post multas xpianoz p̄secutiōes ambo simul imperiū purpuramq; deposuerūt. Habet ac capla. clxi.

De impio diocleciani & maximiani. i.
De legione thebeoz & passione eoz ij.
De quibusdā eozum miraculis. ij.
De passione sanctorum cassi & florentij cum socijs suis & passione gereonis cū socijs suis. iij.
De generali p̄secutione ecclesie. v.
De ducib; sub diocleciano constitutis. vi.
Passio sancti victoris militis massiliēf. vii.
De quattuor coronatis. viij.
De passione eoz & m̄j. corniculariozum ix.
De s̄ctis sebastiano marcelliano. & marco. x.
Qualiter sanctus sebastianus eos in temptatione p̄fortauit. xi.
Sermo eiusdē de p̄ceptu p̄sentium xij.
De splendore sup eum veniēte quē vidit zoe. xij.
De conuersione nicostriati p̄miserimij & aliozum plurimum xij.
De hijs q; optōe sibi data martini elegerūt. xv.
Passio sanctorum zoe trāquillini & nicostriati cū socijs suis. xvi.
Passio sancti tiburij martiris xvij.
Passio sanctorum castuli marcelliani et marci ac sebastiani. xvij.
Passio sancti menne militis xix.

Passio sanctorum dozothēi & gozgonij cū so. s. xx.
De ceteris q; passi sūt nicomedie & meletene. xxi.
De hijs q; passi sūt in palestina & tiro. xxij.
De hijs qui passi sūt in egipto. xxij.
Passio s̄cti philee epi cū plurib; ceteris xxij.
Qualiter idē in vinculis posit; scripto grege suū ad martiniū animabat. xxv.
De hijs que passa est ecclesia i frigia & arabia ceterisq; puincijs. xxvi.
De sancto erasmo antiocheno epi xxvij.
De fructu p̄dicationis ei? in vrbe lucrida. xxvij.
De quib; tormētis illesus exiuit. xxix.
De felici transitu eiusdem. xxix.
De sancto bonefacio & aglae. xxxi.
De passione s̄cti bonefacij. xxxij.
De trāslatione corpis ei? apud beatā aglae. xxxij.
De sancta iuliana virgine & martire. xxxij.
De cōslictu eius cum demone. xxxv.
Consummatio agonis eiusdem. xxxvi.
Passio sanctorum episcopoz felici tubizacens & petri aulani. xxxvij.
Passio s̄ctoz vincēti; & orōci; & victoris. xxxvij.
De s̄ca lucia vidua & p̄solatione ei? i carce. xxxix.
De correptione diocleciani p̄ ea. xl.
De p̄sione geminiani p̄ ea & agone amboz. xli.
De translatione eozum per angelum & eozundem transitu. xlij.
Passio sanctorum cosme & damiani. xlij.
Miracula eozundem post mortem. xlij.
De sancto blasio episcopo sebastie. xlv.
De passione eiusdem. xlv.
Passio s̄cte dozothēe virginis. xlvij.
Passio s̄cte theodosie virginis. xlvij.
Passio s̄cte agnicole & vitalis. xlix.
Passio s̄. ascle philemonis & apollonij. l.
De ouersione arriani p̄sidijs & ei? passione cum alijs quattuor. li.
Passio s̄cti hirenei sirunens; epi et donnini. lii.
Passio sancti ianuarij episcopi. liij.
Passio sancti gregorij spoletani p̄biteri. liij.
Passio sanctorum marcelli et exupancij diaconi. lv.
Passio sancti sabini episcopi. lvi.
De sancta anastasia et grifogono. lvij.
Passio eiusdē sancti grifogoni. lvij.
De trib; sorib; agape et chionia et hirena. lix.
De illusionē p̄sidijs p̄pter eas. lix.
Passio duaz ex hijs. s. agape et chionie. lxi.
Passio terciē sorozis. s. hirene. lxij.
De altercatōe s̄ce anastasiē et pbi p̄fecti. lxij.
De impbitate vlpiani in eā et pena illi? lxij.
Passio s̄. theodothe cum tribus filijs. lxv.
Passio s̄. anastasiē martiris. lxvi.
Passio s̄cte barbare virginis. lxvij.
Passio s̄. floziani martiris. lxvij.
Passio sanctorum p̄zimi et feliciani. lxix.
De sancto puero vito et ei? pedagogo modesto et crescentia nutrice. lxx.
Passio sanctorum trium p̄dictozum. lxxi.
Passio sancti albanij martiris. lxxii.
Passio s̄ci donaciani et rogaciani et pangcij. lxxiiij.
De sancto marcellino et petro et archemio. lxxiiij.
De passione eozundem sanctorum. lxxv.
Passio sancti sergij et bachi. lxxvi.
De sancta eugenia virgine. lxxvii.
De passione eiusdem. lxxviii.
Passio sancti firmini ambianens;. lxxix.
Passio sanctorum felici et adauct;. lxxx.